We have said above that 33 universities were founded in virtue of a papal charter. We now, therefore, try to enumerate the chief universities which owed their institution to the pope. The university of Toulouse is to be noted as the first founded in any country by a papal charter. It was founded to suppress the Albigensian heresy which was widespread in Southern France. It acquired its full privileges as a "studium generale" in virtue of a charter given by Gregory IX. The "Studium" of Piacenza obtained from Pope Innocent IV a bull, which raised it to the privileged rank of Paris and Bologna. It is considered by Denifle as the earliest university in Italy founded by a papal charter. The university of Rome knew its foundation to Boniface VIII (1303) and was specially designed for the benefit of poor foreign students in the capital. The university of Perugia received its charter as a "studium generale" from Clement V in 1308. And so with those of Avignon, Grenoble and others founded by the granting of a papal charter.

Moreover, the origin of some universities can clearly be traced back to the cathedral and monastic schools which preserved classical literature and promoted learning and study. In these schools which attained such a high degree of influence and reputation in the Middle Ages, we find the germ of some of the future universities. On the authority of Denifle the cradle of the University of Paris was the cathedral-school of Notre-Dame. The University of Cambridge had its rise in the "studium" which was gradually developed by the canons of the Church of St. Giles. Likewise, the "Studium Generale" of Angers in France, clearly goes back to the cathedral-school of the 11th century, founded by Fulbert, bishop of Chartres.

Besides authorizing the establishment of universities by the granting of charters, the popes contributed in various ways to the development and progress of the "studia generalia". They granted great privileges to the professors and scholars. Clerics who had benefices were dispensed from the obligation of residence if they absented themselves to attend the universities. Both lay and ecclesiastical students enjoyed special privileges. Thus they were exempted from taxation, from military service and from the jurisdiction of ordinary law-courts. The pope always appointed a Conservator Apostolic, usually a bishop, an archbishop or some other prelate whose duty was to see that these immunities and

privileges were duly respected. Hence we find Innocent III in 1212 checking the chancellor of the University of Paris, when he claimed from the masters the oath of obedience to himself, and his powers were consequently restricted by the action of later popes.

The popes, in several cases, found it necessary to intervene to defend the scholars in their conflicts with the civil authorities. In 1220, by way of example, we find the students of Bologna appealing to Honorius III in a dispute with the authorities of the City. The Pope took up their side against the authorities who had drawn up statutes that encroached on their rights. So, Nicholas IV in 1288 threatened to dissolve the university of Padua unless the authorities repealed the ordinances they had formulated against the interests of the teachers and students. Hence it became quite usual for the universities to appeal to and lay their grievances before the Holy See, and in this they were generally successful.

The popes, besides, always granted the universities ecclesiastical benefices for the maintenance of professors and scholars. In many cases, especially in Germany, the universities were endowed for the greater part, if not entirely, with the revenues of chapters and monasteries. The emperor or the king in like manner granted financial aid to these institutions, but, generally, the first endowment was drawn from ecclesiastical benefices (3). In the University of Salamanca the payment of its professors was, at first, so poor that in 1298, they suspended their lectures, in consequence of their scanty remuneration. A remedy for this difficulty was provided by the appropriation of some ecclesiastical revenues of the diocese for the purpose of increasing the professors' salaries. In nearly all the German universities the professors were partly remunerated by the appropriation of prebends of neighbouring churches. The popes for the sake of peace intervened on several occasions and insisted on the payment of salaries to the professors: Boniface VIII (1301) and Clement V (1313) at Salamanca, Clement VI (1346) at Valladolid, and Gregory IX at Toulouse, where Count Raymond had refused to pay the salaries.

The action of the Church is also seen in the institution and endowment of "colleges". At first no provision was made for the

(3) Cfr. E. Brück, *Manuale di Storia Ecclesiastica*, (Italian translation by C. Castelletti), 5th edition, p. 458.

maintenance and discipline of the students who resorted in great numbers to the centres of learning for the purposes of study. To remedy this deficiency, or rather to help and protect the poor foreign students residing in these centres and to preserve all from the dangers of university life, houses of residence were established. Thus Robert of Sorbonne, chaplain to Louis IX, founded at Paris the establishment named after him—the College of Sorbonne. Of similar character was that instituted by Zoen, Bishop of Avignon, in 1256. From these houses of residence which became, in time, the chief financial support of the universities, developed later the college-system of the university. And here also, as we have said, one sees the beneficial hand of the Church. The popes themselves set the example of endowing these colleges, and revenues of monasteries and chapters were appropriated to serve for the same purpose. As for the part played by churchmen in the institution of these colleges, besides the already mentioned famous **College of Sorbonne**, which, in the words of F. X. Funk, “in course of time achieved such fame that it became identified at first with the faculty of theology, and finally with the whole university” (4), we may mention: the College of Brescia founded by William of Brescia, archdeacon of Bologna, in 1326; the foundation at Cambridge by Hugh de Balsham, Bishop of Ely, in which we see the origin of Peterhouse, its oldest college; the institution of New College by William of Wykeham, bishop of Winchester, and the famous College of Spain founded by Egidio Albornoz, Cardinal Archbishop of Toledo.

Finally, in our appreciation of the work of the Church in the development of medieval universities, we cannot fail to bring into relief the contribution of the Religious Orders to the entire life of the university. The ideal of the friar as contrasted with that of a monk was that instead of withdrawing from the ordinary life of men, he should take part in their pursuits and activities and thereby sanctify them. Accordingly, the friars began at once to share in the “fever of learning” which marked the beginning of the 13th century. The Franciscans were early to be found among the hearers at the “studia” and presently among the masters. So the Dominicans whose ideal was, above all, intellectual activity, were soon to be found in every great centre of Europe attending

(4)F. X. Funk, *A History of the Church* (English translation by C. Perciballi) Vol. I, p. 422.

the "studia" as listeners and disputants. In Italy where the friars had, for a long time, been recognised as teachers of theology, the professors and the majority of students were drawn, for the greater part, from the newly-founded Orders, when the faculty of theology was established at Bologna in 1260. The Dominicans had from the first attended the lectures in theology at Paris, so that when St. Albert and his illustrious pupil went there, the one to teach and the other to continue his studies for the licentiate, the connection of the Order of Preachers with the University of Paris was of long standing. At Cambridge and Oxford the religious orders were admitted to degrees, a privilege which until the year 1337, was granted to them at no other university, save that of Paris. Hence, J. B. Mullinger concludes: "Their interest in and influence at these three centres was consequently **proportionably great**" (5). The friars, therefore, especially the Dominicans and Franciscans who were the most active promoters of learning at the time, were an important element in the student-body and in the teaching-body of the universities and distinguished themselves as scholars and teachers.

The part played by the Church, therefore, in the foundation and development of universities was great and generous. Through her initiative, support, aid and protection She led the universities to that height of splendour and dignity in learning which characterizes medieval Europe. For the medieval university was an important factor in the enlightenment and social progress of the times. Its studies and training elevated the human mind and at the same time recognised reason as the handmaid of faith. It was the centre in which the philosophy of the ancients and the **jurisprudence of the Romans** were revived and developed to meet the requirements and demands of the times. "From it the **modern university** has inherited the essential elements of corporate teaching, faculty organization, courses of study and academic degrees" (6). So that we do not wonder at all at the lofty claim made by Bl. Jordanus of Saxony, fourth Master-General of the Order of Preachers, who saw in the Papacy, the Empire and the Universities a "trinity of mysterious virtue" whose co-operation sustained the temporal and spiritual well-being of the people of Christendom."

(5) J. B. Mullinger, The Enc. Brit. (11th ed.) art. "Universities", p. 755.

(6) E. Pacc, The Cath. Enc., i.e., p. 194.

QUAESTIONES

de re Morali—Canonica—Liturgica

CASUS MORALES:

Felix destruxit horologium valde pretiosum Carmeli, quod ipse credebat firmiter pertinere ad Laurentium, suum adversarium, et dicebat confessario imponenti sibi munus reddendi se iniuriam non Carmelo sed Laurentio intellexisse inferre. "Si tu damnificatum Carmelum non vis resarcire inabsolutum te mitam" dixit confessarius poenitenti Felici. Felix accepit et absolutus dimissus est.

Quaeritur :

Primo: Quomodo explicas conditionem "Theologicae culpabilis causa" ad damnum reparandum necessaria cum ista sit iniusta et efficax?

Secundo: Ad quid tenetur qui obligationem certam imponit, si de ea certo non constet?

Tertio: Utrum Felix aliquam iniuriam Carmelo intulerit?

Quarto: Ad quid tenetur confessarius qui errat ex deficientia doctrinae?

AD PRIMUM QUAESITUM RESPONDEO :

Culpa Theologica idem sonat ac peccatum formale; eam igitur removet quicquid a peccato formali excusat, puta ignorantia, inadvertentia, vis etc. Nullum ergo damnum theologicè culpabile esse potest quin saltem in confuso praevisum fuerit, iuxta adagium: "Nil volitum quin praecognitum." Et ideo sicut quis non tenetur sarcire damnum quod alteri intulit e.g. : grando, aut fera nullius, ita nec tenetur damni quod ille intulit praeter voluntatem. Nec dicas damnificatorem, etsi de facto non praeviderit, praevidere debuisse, et consequenter teneri damni, quia ista ratio in idem incideret, et quaeri potest et debet utrum de facto ad obligationem praevidendi ille praeviderit, seu utrum ad obligationem praevidendi ille voluntarie non adverterit. Culpa ergo theologica ita dicitur, ut bene aliqui auctores adnotant, non praecise in quantum importat offensam Dei, sed potius in quantum actio damnificativa procedit a libera voluntate agentis, et ideo agenti imputabilis; dicitur ergo theologica ut a culpa civili distinguatur.

AD SECUNDUM :

Adest principium pro praxi nullo modo controversum inter theologos ; nempe : non est imponenda obligatio nisi de ea certo constet. Hujus principii applicatio occurrere facile potest in tribunali poenitentiae ex parte confessarii in materia restitutionis. Ideo confessarius qui sciens et volens positive imponit poenitenti, uti certam, obligationem restituendi, dum de eius certitudine non certe constat, tenetur corrigere errorem et quidem ex iustitia aliquando cum gravi proprio incommodo. Confessarius enim in casu est causa efficax et iniusta damni ipsius poenitentis. Et si culpabiliter correctio negligatur, trahit secum onus restitutionis ex secunda radice. Error corrigi seu reparari debet quantum fieri potest in confessione si poenitens rediturus speratur et non adest periculum in mora ; secus petita prius et obtenta licentia poenitentis, tenetur confessarius errorem extra confessionem corrigere. Ex hoc vero non semper sequitur confessarium, etsi culpabiliter erraverit, imposita poenitenti incerta obligatione restituendi ad restitutionem teneri. Nam obligatio corrigendi errorem ex parte confessarii, per restitutionem ab ipso confessario faciendam, debet esse certa, quia in casu iterum principium in praxi recidit, seu non adest obligatio certa restituendi nisi de ea certo constet, quod valere potest et valet etiam pro ipso confessario, tanquam damnificatore in poenitentem. Ita ex. gr. : si confessarius imponat poenitenti obligationem restituendi, ductus ex opinione probabili, antequam obligetur ad restituendum, videndum est utrum ipsa opinio quam secutus est confessarius, etsi non certa, satis sit communis et in praxi sequenda, etsi opinio contraria non careat probabilitate tum intrinseca tum extrinseca. Non desunt enim doctores qui in hoc casu non obligent confessarium ad restitutionem. Ita Lehmkühl quem secutus est Arregui, qui ait "ut vero confessarius tunc iniuste poenitenti damnum intulisse dicatur, usus **opinionem severiore** in onus et incommodum poenitentis, videtur requiri ut obligaverit poenitentem contra eam opinionem, quae communis est vel communiter ut practice sequenda statuitur..... equidem non auderem confessarium iniustitiae reum pronuntiare."

AD TERTIUM :

Celebris quaestio est, seu fuit iuxta aliquos, inter theologos utrum scilicet error in personam ita faciat ut deesse possit for-

malitas in actione damnificativa.

Prima sententia docet damni non teneri eum qui alium pro alio laesit errore invincibili. Et auctores hujus sententiae ita arguunt — ad onus restitutionis ratione damnificationis non sufficit sola actio materialis iniusta sed insuper requiritur actio formaliter seu voluntarie iniuriosa in alterum qui laeditur. Haec autem actio iniuriosa deest voluntaria in casu erroris in persona, cum accidat actio praeter voluntatem, quae non est alicui formaliter iniuriosa: si enim intendo, ex. gr. tantum laedere Titium et quemcumque alium excludo, tunc neminem voluntarie offendo: non Titium quia de facto is non laeditur, non alterum quia respectu istius, mea actio est prorsus involuntaria et ideo error est circa substantiam.

Secunda sententia docet eum qui errore invincibili alium pro alio laesit, damni sarcindi obligatione teneri. Et qui eam tenent, ita arguunt—ratio culpaeficere potest quidem quoad aliquas circumstantias delicti substantiae extrinsecas, et quoad consecutaria earum circumstantiarum, non vero quoad delicti substantiam et quoad consecutaria ipsius substantiae. In casu autem nostro deficit offensa, quatenus deest malus laedentis animus erga personam particularem, quae tamen non impedit quominus substantia iniuriae sit dolosa et iniusta ac plane voluntaria.

Quidquid sit, secunda sententia hodiernis temporibus evadit communis et satis probabilis et mihi videtur verior immo in praxi sequenda. Non desunt enim auctores recentes qui distinctionem inter iniuriam formalem et iniuriam materiale deducunt simpliciter ex errore in personam, vocant meram subtilitatem. Ergo ad quaesitum respondeo: iuxta communem sententiam quam aliqui auctores negant, probabiliter Felix in destruendo horologio Carmeli, etsi intenderit damnificare tantum Laurentium, iniuria in Carmelum non est immunis, et quidem formali, et ideo Felix tenetur sarcire damnum Carmelo et tantum quantum saltem in confuso praevidit. Quoad confessarium nostrum qui in casu imposuit onus restituendi poenitenti sub denegata absolute, male se gessit, quia in praxi confessarius debet esse semper potius benignus quam rigidus, quod fieri potest, sed ad restitutionem erga Felicem damnare non audeo confessarium, quia, cum secutus esset sententiam probabilem et satis communem, de ista obligatione non satis constat.

AD QUARTUM :

Tenetur imprimis, et patet, aut sibi comparare scientiam, et quidem sub gravi, sufficientem qua casus ordinarie contingentes percipere et resolvere possit, et saltem in casibus difficilioribus prudenter dubitare sciat, aut statim desistere ab audientibus fidelium confessionibus. Si ergo sciens et volens se exponit ad periculum errandi, et ideo saltem in confuso praevideat se erraturum, iam peccat graviter, cum iam dispositus est ad errandum, et si de facto errat, cum voluerit causam censetur voluisse effectum, tenetur subire omnia incommoda quae oriri possunt ex ista deficientia scientiae. Ad quae incommoda ipse teneri potest aliquando ex iustitia et quidem sub gravi et cum proprio gravi incommodo, et aliquando ex caritate tantum, quod pendet ex genere errorum et ex circumstantiis in errando.

* * *

Clara puella valde morigerata et nubilis, apud confessarium confessionem sacramentalem instituit, in qua declaravit, se adhuc puellam absque ulla malitia sed in simplicitate constitutam a quodam confessario in actu sacramentalis confessionis ad turpia sollicitatam fuisse. Confessarius obligavit eam ad denuntiationem faciendam, ipsa autem renuit ob sequentes rationes: (i) Quia iam notabile tempus effluxit a die sollicitationis, (ii) Quia ipsa erit in simplicitate constituta quando sollicitata fuit, (iii) Quia ipsa est nubilis et non potest denuntiare absque periculo infamiae, (iv) Quia confessarius sollicitans perfectus est in regionem longinquam et ipsa nescit quo se contulerit, (v) Quia ipse est superior, benefactor sui et consanguineus ipsius Clarae, (vi) Quia ipse audivit confessarium sollicitantem esse mortuum.

Quaeritur :

Primo: An obligatio denuntiationis contra sollicitantes sit de iure ecclesiastico.

Secundo: An grave incommodum excuset ab hac obligatione.

Tertio: An valeant rationes allatae a Clara.

AD PRIMUM QUAESITUM RESPONDEO :

Finis praecepti positivi ecclesiastici iuxta canonem 904, non solum est emendatio personae particularis, sed potius securitas publica sacramenti et animarum, ex certa castigatione sceleris et ex metu indeclinabili confessariorum obtinenda; quod facile evinci potest ex ipso verborum tenore quibus Summi Pontifices

in diversis constitutionibus usi sunt, necnon ex diversis decretis et responsionibus S. Congregationis S. Officii. Hinc obligatio gravis denuntiationis adest non solum specialis ex lege positiva ecclesiastica, et quidem sub poena excommunicationis latae sententiae nemini reservatae, sed etiam generalis ex lege naturae, qua omnes ad hoc tenentur, si necesse sit ad damnum fidelium removendum, dummodo denuntiatio sit medium necessarium: et efficax et sine proportionato incommodo fieri possit. Hinc obligatio denuntiationis contra sollicitantes non est tantum de iure ecclesiastico, sed etiam de iure naturae. Ex his sequitur quod inter personas sollicitatas et alios qui delictum cognoverint, hoc datur descrimen: illae tenentur denuntiare ex utroque iure, et ex solo iure ecclesiastico intra mensem sub poena excommunicationis, latae sententiae nemini reservatae; hae teneri possunt aliquando ex solo iure naturae at sine dicta sanctione poenali.

AD SECUNDUM:

Agitur de obligatione ex lege positiva orta et ideo ex iusta causa sollicitatus a denunciatiōne faciēda excusatur: hoc enim praeceptum, licet gravissimum, quandoque est solum praeceptum positivum ecclesiae, quod cum gravissimo incommodo non obligat. Si tamen denuntiatio simul faciēda sit ex lege naturae, ubi nempe sollicitatio inducit publicum scandalum vel damnum commune, ab ea faciēda nec, iuxta omnes, gravissimum quidem incommodum privatum deobligat. Bonum enim publicum privato bono praevalere debet.

AD TERTIUM:

Distinguendum est: Nam Clara poenitens sollicitata in actu confessionis adduxit plures rationes, non eiusdem gravitatis quibus se exoneratam in conscientia esse ab obligatione denunciandi confessarium putabat. Prima ratio allata, aliis verbis, ex eo quod iam notabile tempus effluxit a die sollicitationis, non valet, et ratio patet. Constat enim ex verbis constitutionis Benedicti XIV.

Secunda ratio, quia scilicet ipsa erat in simplicitate constituta quando sollicitata fuit, nec etiam valere potest, quia ut constituatur crimen sollicitationis et ideo denuntiandum, non requiritur nec malitia in persona sollicitata, nec quidem adver-

tentia ad malitiam. Hoc constat ea decreto S. Officii 11 Maji 1707.

Tertia ratio, id est quia ipsa est nubilus et non potest denuntiare absque periculo infamiae, valere potest, dummodo agatur de vero periculo seu aliis verbis, dummodo adsit timor fundatus gravis damni in bono famae ipsius Clarae. Dixi dummodo vere periculum adsit, nam periculum infamiae pro persona denuntiante per se nunquam censetur causa legitima excusans, quia tot ac tantae cautelae adhibentur, ut vix infamia ipsi obvenire queat, et ideo raro adesse potest in poenitente periculum diffamandi seipsum, quia persona sollicitata de consensu praestito non interrogatur neque interrogari potest, et si fuerit interrogata, quod nefas est, potest negare — Hinc, nec etiam in casu valet ratio quia est nubilus, quando nullum periculum in bonum fortunae adesse potest; si vero in aliquo casu particulari, hujusmodi infamia haberi posset, excusaret ut dixi in responsione ad secundum.

Quarta ratio: seu quia confessarius sollicitans profectus est in regionem longinquam et ipsa nescit quo se contulerit.

Ista ratio non valet, et patet, quia secus lex esset inutilis; quod constat ex ipsa natura obligationis denuntiationis.

Quinta ratio, seu quia ipse est superior, benefactor sui et consanguineus ipsius Clarae.

Quia confessarius sollicitans est superior, non debet valere ratio, et ideo per se denuntiandus est: si est vero ipse ordinarius loci controvertitur inter theologos, quia si ipse ordinarius loci est iudex, non videtur cur sit quoque reus denuntiandus. Sed sententia contraria longe probabilior est, et ea tenenda. S. Officium enim urget denuntiationem et in casu denuntiatio fieri debet S. Congregationi S. Officii.

Quia est benefactor, videndum est utrum confessarius sollicitans Claram fuerit tam insignis benefactor eius, a quo ipsa Clara extraordinarium et necessarium subsidium accipiebat, quia iuxta omnes theologos, si agatur de tanto benefactore et propter denuntiationem, tanta beneficia poenitens amitteret, videtur excusari posse, nisi vero agatur de gravi malo communi avertendo.

Quia est consanguineus; iuxta omnes ista ratio potest excusare poenitentem ab obligatione denuntiationis, dummodo vero agatur de consanguineo proximo coniuncto vel de affine.

Sexta ratio, quia ipsa audivit confessarium sollicitantem esse mortuum. Si poenitens certo noverit confessarium sollicitantem defunctum esse, certum est obligationem cessare, quia cessat finis legis—quod colligitur ex decreto S. Poenitentiariae, 24 aprilis 1884. In dubio vero poenitens tenetur et ratio patet.

* * *

Lucia marsupium invenit ad limen Virginiae, et laeta aperuit illum in domo sua coram marito suo inhianti. Multa praetiosa, praeter nummos multos aureos, erant in marsupio, quae omnia uno consensu sua fecerunt maritus et uxor. Marsupium erat Virginiae, nec Lucia poterat dubitare quia audiebat eam referentem omnia singillatim et minutatim in marsupio collecta. Vae tibi, dixit maritus uxori suae Luciae, si tu verbum facis de his bonis, cum ipsa ei animum manifestavisset reddendi ex iustitia quod invenerat. Confessarius, audita confessione Luciae, perplexus de pravo animo et forti mariti ejusdem, et de iure stricto posito in his circumstantiis, et praesertim de vitae Luciae periculo, hanc fecit conclusionem dicens: Quiesce, filia, respondeat maritus tuus coram Deo; capta vero occasione, tu magna cum prudentia redde domino quod suum est.

Quaeritur :

Primo: Peccatne qui omittit voluntarie colligere aliquid pretiosum quod quis ignotus amisit?

Secundo: Qui rem inventam suscipit ad quid tenetur?

Tertio: Lucia potuitne iudicari posita in extrema necessitate ob minas mariti?

Quarto: Quid de modo agendi confessarii?

AD PRIMUM QUAESITUM RESPONDEO :

Res inventae sunt quadruplicis generis: thesauri, res vacantes, res derelictae, res amissae. Quando, spectatis adiunctis, nulla amplius spes adest inveniendi dominum, ex illius dominio excidisse censetur, et pro derelicta habetur. Inventor rem inventam in suo loco relinquere potest, quod omnes theologi admittunt; ordinarie tamen existit obligatio, non quidem iustitiae sed caritatis, eam secum ferendi. Non existit obligatio iustitiae quia secluso speciali contractu, nemo ex officio tenetur rem alienam secum ferre; potest autem existere obligatio caritatis et ratio patet quia tenemur damna a proximo avertere,

si commode fieri potest. Hinc, si alias dominus rem suam non recuperaret, et si spes adsit dominum detegendi, urget obligatio rem assumendi, nisi incommodum excuset; quae quidem obligatio eo maior est, quo maius est detrimentum, quod dominus ex re amissa patitur.

AD SECUNDUM :

Qui rem inventam assumpsit, tenetur non tantum ex caritate, immo etiam ex iustitia dominum inquirere, non suis sed domini expensis, et interdum eam deligenter custodire. Ratio patet quia qui rem inventam assumit, implicite ex iure naturae contrahit obligationem strictam inquirendi dominum, quia eo ipso rem alienam sponte in suam custodiam recipit, et qui autem rem alienam in sua custodia habet, cum res amissa non amittat dominum, non potest ea uti, si usu deterior fit, sed tenetur eam diligenter domino conservare eamque reddere, et si dominus ignotus sit, aptis mediis eum quaerere.

Quomodo vero, ista inquisitio facienda est? Certus modus dominum inquirendi lege naturae quidem non praecipitur, sed quilibet sufficit qui ad finem idoneus reputetur; lege positiva autem modus investigandi dominum accurate determinatur; si res inventa non est minoris momenti, modus investigandi dominum a lege praescriptus, generatim in conscientia servandus est: dixi generatim quia privata inquisitio non censetur modus aptus et sufficiens medium inveniendi dominum. Qui ergo statuta legis positivae sciens et volens non observat, non fit rei inventae dominus, nec per praescriptionem quidem quia ei non assistit bona fides, nec in casu dominus haberi irrationabiliter invitus potest. Tamen, uti aiunt complures doctores, non videtur iniustitia arguendus qui omissis his quae a lege praescripta sunt, aliis utitur mediis aequae aptis ad inveniendum dominum. Verum modus a lege positiva definitus est securior et facilior et ideo generatim consuliendus. Dispositiones iuris civilis in nostra regione statuuntur clare et praecise: Vide Ordinanza VII del 1868 art. 259-261, scilicet "Chi trova una cosa mobile che non sia tesoro, deve restituirla al precedente possessore; e se non lo conosce deve senza ritardo consegnarla alla Polizia. La Polizia rende nota la consegna per mezzo di un avviso da essere almeno due volte pubblicato nella Gazzetta di Governo. Passato un anno dal giorno della pubblicazione del secondo avviso,

senza che si sia presentato il proprietario, la cosa, ovvero, in caso che le circostanze ne abbiano reso spedito la vendita, il suo prezzo apparterrà al ritrovatore. Tanto il proprietario quanto il ritrovatore, riprendendo la cosa o il prezzo devono pagare le spese occorse. Il proprietario che riprende la cosa deve pagare al ritrovatore un premio regolato secondo le circostanze, e non eccedente il decimo del valore della cosa trovata.”—Praeterea in corpore iuris criminalis statuitur in capite Tertio art. 341, parag. 3. “Coloro che ritrovando cose altrui comunque smarrite o perdute, non ne facessero rivelo fra tre giorni alla Polizia esecutiva saranno imputabili di contravvenzione contro la proprietà.”

Praeterea in nostra regione ab antiquitus invaluit usus deponendi rem inventam apud Parochum loci in quo res invenitur. Parochus peragit publicationes, et inutiliter tempore a lege definito elapso, parochus tradit rem inventori qui tuta conscientia eam retinere potest. Hic usus cum vi apud legem careat, non videtur esse sufficienter securus, et ideo Parochi, etiam si res in ecclesia invenitur, securius agerent si rem statim deferant custodi civili, et si aliquod praeiudicium ipsi inventori qui rem omisit deponere intra tres dies, afferre possint, possunt tuta conscientia declarare sibi rem in loco confessionis traditam fuisse, tacito nomine inventoris. Elapso tempore statuto a lege, dominus censetur amittere dominium in rem suam. Hinc qui culpabiliter dominum investigare negligit, a fortiori dicendus, si rem inventam de industria abscondit, quando existit spes reperiendi dominium, causa est, cur dominus rem suam recuperare non possit, et ideo fit iniustus possessor rei alienae, eamque retinere non potest, sed, si dominus non compareat, in pauperes vel in usus pios erogare debet, quod est sententia communis, quia nemo sibi afferat commodum ex propria iniquitate.

AD TERTIUM:

Causae a restitutione excusantes enumerantur quatuor: a) condonatio creditoris, b) impotentia debitoris, c) cessio bonorum, d) compositio. Ex istis causis, impotentia et cessio bonorum solum ad tempus excusant, seu potius suspendunt obligationem restituendi, quamdiu durat causa. Harum causarum principium commune est: ex parte debitoris excusant ea omnia quae efficiunt, ut creditor non possit esse rationabiliter invitatus,

QUAESTIONES DE RE MORALI-CANONICA-LITURGICA 61

etsi re ipsa invitus sit. Creditor autem tunc non potest esse rationabiliter invitus, cum debitor restituendo subiret incommodum notabiliter maius quam sit incommodum creditoris ex restitutione non percepta. Quodsi dominus omisa restitutione aequale incommodum pateretur ac debitor, hic a facienda restitutione non excusatur. Impotentia dicitur moralis quando restitutio fieri non potest sine gravi damno, quod exinde debitori vel tertio oriretur. Omnes auctores admittunt quod obligatio restituendi suspenditur, si restitutio fieri nequit sine gravi damno in bonis alterius ordinis. Ergo attenda narratione casus, Lucia videtur inveniri in vera impotentia morali. Nec vero requiritur ut Lucia inveniatur in periculo amittendi vitam quam minatus est vir eius, sed sufficit etiam si inveniatur in periculo amittendi pacem domesticam seu conjugalem. Ista vero causa non eximit Luciam ab obligatione faciendi quod in ea est ut opportune suadeat viro de eius stricta obligatione.

AD QUARTUM:

Confessarius in exonerando Luciam ab obligatione restituendi, manente cause iusta deobligante, non videtur reprehendendus, immo laudandus. Sed male se gessit si omiserit accusare Luciam de peccato furti interne commisso quia ipsa statuit eius consensu cum marito, sibi facere marsupium ut narratur in casu.

QUAESTIONES CANONICAE:

Utrum actio poenalis sicut actio criminalis subsit praescriptioni?

Resp. Non idem sentiunt canonistae. Qui negant asserunt terminologiam Codicis non esse tam claram ut erui possit. cfr. Can. 1702, 2210, 1340. Qui adfirmant adducunt rationes iuridicas quae valent pro crimine praescripto et ideo valere possunt et debent pro ipsa poena praescribenda. Secunda sententia videtur verior et practice sequenda.

* * *

Quid influant obreptio et subreptio in rescripta S. Sedis.

Cum in omnibus rescriptis subintelligenda sit, etsi non expressa, conditio (essentialis ad valorem) "si preces veritate nitantur" (Can. 40), necesse est ut supplex libellus subreptionis vel obseptionis vitio in essentialibus non laboret. Iuxta canonem

42 p. 1 ne rescripta, praesertim S. Sedis, ob subreptionem sint invalida, debent exponi ea omnia quae ex iure vel de stylo Curiae sunt ad validitatem exprimenda. — Juxta can. 42. p. 2 ne obreptione rescriptum vitietur sufficit ut una causa motiva sit vera, licet aliae falsae sint, vel falsae sint causae impulsivae. In fine iuxta can. 42 p. 3 vitium obreptionis vel subreptionis in una tantum parte rescripti, aliam non infirmat, si una simul plures gratiae per rescriptum concedantur.

* * *

Quid agendum in matrimonio cum adest dubium de alterius contrahentis baptismates?

In casu quo adsit dubium de baptismo alterius partis, nec ullo modo deponi possit, ad matrimonium contrahendum necesse est vel ut renovetur baptismus sub conditione (quod tamen non licet nisi pars dubie baptizata consentiat in baptismo et velit ad fidem catholicam converti, si eam antea non profitebatur) vel ut dispensetur ad cautelam super impedimentum disparitatis cultus. In dubio facti ipse ordinarius potest dispensare ad normam canonis 15. Ad dubium illud de baptismo depellendum, Parochus cui competit, servet normas can. 1031 par. 1. simul attendens ad praescriptum can. 779. "Ad collatum baptismum comprobandum, si nemini fiat praeiudicium, satis est unus testis omni exceptione maior, vel ipsius baptizati iusiurandum si ipse in adulta aetate baptismum receperit."

QUAESTIONES LITURGICAE:

Quid in casu, quo denegata sepultura ecclesiastica, aliquod damnum imminet?

Resp. Habemus duas responsiones Cong. S. Officii.

13 Julii, 1609. Quando, ex negata sepultura ecclesiastica, aliquod damnum tranquillitati fidelium merito timeretur, tolerari posse, dummodo absit contemptus religionis et scandalum fidelium.

30 Martii, 1859. Tolerari posse ut consanguinei acatholici inferantur sepulchro gentilicio catholicarum familiarum ad maiora mala vitanda.

Utrum Sabbatum Sanctum connumeretur inter dies liturgicos.

Resp. Neg: Sabbatum Sanctum connumeratur inter dies aliturgicos etiam in ritu latino. Quod si ea die missa conventualis celebratur, hoc non fit nisi per anticipationem illius missae, quae antiquitus noctu in vigilia offeratur in memoriam Dominicae Resurrectionis. Vide l'Ojetti, Synopsis rerum moralium et iuris Pontificii—Vol. III.

Quaenam distantia tenenda sit inter sepulera et altare?

Resp: Can. 1202. p. 2: "Subtus altare nullum sit reconditum cadaver; cadavera autem quae prope altare sepulta forte sunt, distent ab eo saltim spatio unius metri; secus Missam in altari celebrare non licet, donec cadaver removeatur."

Book Reviews

THE OLD TESTAMENT AND THE FUTURE LIFE (Ed.

F. Sutcliffe, S.J.) — (The Bellarmine Series No. 8),
Burns Oates and Washbourne, 1946; 16s.

Man's lot in the hereafter is a matter that has affected mankind throughout all ages. The Egyptians and the Babylonians, the two most cultured people of the Ancient Near East, had their own conceptions concerning future life and retribution, their funeral rituals and their prayers to their gods for a happy life in this world or in the other. The Israelites too, the People of the Promise and the depository of revelation, had their own system of beliefs reflecting, on the one hand, their racial affinities with the Babylonians and, on the other, God's providence in the religious and moral upbringing of his people.

In this book, which contains a course of lectures given at Heythrop College in the scholastic year 1942-1943, we are presented with a thorough and scholarly investigation of the problem of the Israelites' belief in future life, retribution and the resurrection of the body. The main conclusions may be briefly summarized thus: The early Israelites believed in the survival of the soul after the dissolution of the body, but had no definite ideas of retribution beyond the grave; punishments and rewards were meted out in this life (pp. 19-29). At the time of *Ecclesiasticus* (4th or 3rd century B.C.) retribution was still believed to be restricted to this world (pp. 29-36), "the views of the author on the future state being fundamentally the same as those that are reflected in the Pentateuch" (p. 36). Hence the inference is drawn that during the intervening centuries the Israelites had no idea of future rewards and punishments and that, consequently, all passages in the Psalms and other books that seem to express a higher conception of retribution must be interpreted in the sense of temporal retribution (pp. 69-81). But at the same time, a more developed doctrine of personal responsibility and the many anxious searchings of heart caused by the apparent contrast between God's justice and the prosperity of the wicked and the suffering of the righteous were gradually leading to a loftier conception of retribution (pp. 81-109) which is clearly set out in the book of Wisdom (pp. 109-115). The doctrine of the resurrection of the body is ex-

pressly taught in the book of Daniel (12, 2) and in the second book of Maccabees (pp. 138-147); there is no reference to resurrection in Job 19, 25-27.

These conclusions are, in the main admitted by one and all. There is, however, one slight remark which I should like to make. That the Israelites had no definite ideas of future retribution before the 2nd or 1st century B.C. I am willing to admit. But how are we to explain the sudden appearance of a fully developed doctrine in the book of Wisdom written in the 1st century or towards the end of the 2nd century B.C.? Father Sutcliffe replies: "It may be that Ecclesiasticus was written three or four generations before this time..... It may also be that the new ideas did not spread at once throughout the nation" (p. 193). I should rather say that divine providence **had long been preparing** the people for the fuller development of the doctrine by permitting the righteous to suffer and directing their hopes of reward beyond this world. If God was just, as they firmly believed, righteousness could not go unrewarded nor sin unpunished. If temporal retribution was inadequate, was it not natural that the Israelites should hope at least for **some sort of retribution** after death? This even Father Sutcliffe admits (p. 192), but he does not seem to give it the importance it deserves.

If we admit that long before the book of Wisdom was written the Israelites, or at least the more spiritually-minded, had the germ of the true doctrine of retribution which they expressed as a confident hope and an ardent desire, certain passages of the books of Psalms and Proverbs cannot be forced into the narrow limits of exclusive temporal retribution. David's words: "Because thou wilt not leave my soul in hell (Sheol); nor wilt thou give thy holy one to see corruption" (Ps. 15, 10) can hardly be interpreted as "expressing the confident hope that God will deliver him from present danger and save him from death" (p. 80) even if this deliverance is considered as the type of Christ's resurrection. David is in reality professing his unshaken faith in Yahweh and expressing the hope that the joy which he is feeling as the effect of his fellowship with God will not end with death, but will continue beyond the grave in an eternal life with God.

This however is only a point of detail which does not detract from the value of the book. The discussion is based on sound biblical exegesis. There is hardly a single relevant passage in the books of the Old Testament which is not quoted, explained and discussed. The book is a valuable addition to the existing treatises on Old Testament Theology and will be greatly appreciated by students of Theology and biblical scholars alike.

P. P. SAYDON.

KTIEB GOB maqlub mil-Lhudi u mfisser minn Dun P.P. Saydon; Malta, The Empire Press, 1947, pp. xi+77.

Within a few months after the publication of *Ester* Prof. Saydon has given us the 14th volume of the translation of the Bible. The book of Job is one of the greatest masterpieces of world-literature going back hundreds of years before Christ antedating most of the Greco-Roman classics.

Job is a very difficult book to translate both from a textual and from a linguistic point of view. The Massoretic text in some cases, as in the famous passage which seems to speak of the resurrection of the body (19, 25-27) is corrupt beyond emendation. The LXX raises more than one textual problem (Swete, *Intr. to the Greek O.T.*, p. 256) and affords little help for the recovery of the original Hebrew. Moreover the meaning of many words must be determined by means of their Aramaic, Arabic or Assyrian equivalents (P. Dhorme, *Le Livre de Job*, pp. cxl-cxliii). Lastly the book is written in verse and deals with a very difficult problem, and therefore the translator first of all must transplant himself with his imagination back into those times before Christ and identify himself with the author to feel and think like him and only then to attempt to give expression to those feelings and thoughts in another language without in any way indulging in a free translation.

In our view the translator has tackled these problems in a masterly way. Even a cursory reading of the whole book would make one feel its modernness in conformity with the best and latest commentaries on this book. The Hebrew text is never slavishly translated, although there is a strict adherence to the original. The meaning of words is always determined according to the best established results of recent linguistic research.

As to its literary merits we outrightly say that it is one of the best contributions to our ever growing Maltese literature; it is the best that Prof. Saydon, already a well-known Maltese writer, has given us so far. He succeeded in reproducing the rhythmic movement of the original with all its oriental atmosphere and *nuances*. This is not an easy task, notwithstanding that our Mother tongue is near and akin to Hebrew (1). Read for example Job's curse of the day of his birth (ch. 3), God's speeches in chs. 38ff, especially the description of the war-steed (39, 19-25) of the hyppopotamus (40, 15-24), and of the crocodile (40, 25-41, 26).

The notes are more extensive than in the other books; it is desirable that more notes would accompany the text, but this perhaps would make the work look more like a commentary than a translation. We hope that the public would not be indifferent to the enormous task which Prof. Saydon has undertaken. Prof. Saydon is laying the foundations for future Maltese Biblical Literature; we encourage him to carry on imperturbed by any fear or lack of interest on the part of those who should know better that as a biblical scholar he has done his duty to his Church and his Country in giving the people the Bible in their mother tongue in conformity with the wishes of H.H. Pope Pius XII as expressed in the latest Encyclical *Divino afflante Spiritu* (*Acta Apost. Sedis*, XXXV, 1943, 297-326).

K. SANT.

(1)Il Rev. P. P. Saydon, già alunno del nostro Istituto ed ora Professore di S. Scrittura nell'Università di Malta sua patria, da un decennio viene pubblicando una sua propria versione dei Sacri Libri dai testi originali nella sua lingua materna con sobrie note ed illustrazioni, per rendere accessibile al suo popolo la divina parola e fargliela meglio gustare quasi in fonte. Infatti il Maltese, colla struttura delle lingue semitiche e la spontaneità della parlata popolare, è meravigliosamente adatto a riprodurre insieme col senso anche il colore e tutte le sfumature dell'originale ebraico; e sotto questo aspetto la traduzione di quel profondo conoscitore delle due lingue, che è l'esimio Professore di Malta può interessare anche il filologo. Essendo inoltre la prima versione integrale di tutta la Bibbia in Maltese, può chiamarsi a buon diritto un vero avvenimento letterario. L'opera intrapresa dal Prof. Saydon con eccellente preparazione e pari coraggio, procede celeramente, ed auguriamo di gran cuore che sia condotta felicemente a termine (A. Vaccari, *Biblica*, 1929, 435).

B. TAGLIAFERRO & SONS

ESTABLISHED 1812.

106t, ST. JOHN'S SQUARE — VALLETTA.

OFFICE HOURS: 8.30 a.m. TO 12.30 p.m.

Tel. No. Central 4192—Telegraphic Address: 'TAGLIAFERRO'

**Current Accounts Opened — Deposits received
at interest payable on demand or at a fixed period.**

Stock Exchange transactions executed.

**Telegraphic Transfers effected and all other
Banking Transactions.**

London Correspondents:—

WESTMINSTER BANK LTD., LOTHBURY.

HAMBROS BANK LIMITED.

BARING BROTHERS CO., LIMITED.

New York Correspondents:—

NATIONTL CITY BANK OF NEW YORK.

TELEPHONE: CENTRAL 4586.

COLEIRO BROTHERS LTD.

SHIPOWNERS & GENERAL MERCHANTS.

51-59 PINTO ROAD — MARSALA.

Ask for and drink the best and cheapest table Wine
of the following qualities:—

MARSALA — SPANISH — DESERT — SAMOS — CHABLIS.

— NATURAL WINE OF MALTA AND GOZO —

— ALL KINDS OF MINERALS —

READ THE LOCAL

CATHOLIC PAPER

LEHEN I-SEWA

FULL OF INTERESTING ARTICLES
ON CURRENT EVENTS —

NEWS FROM ALL THE CORNERS
OF THE CATHOLIC WORLD —

REVIEW OF THE INTERNATIONAL
SITUATION etc. etc.